



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59

---

### PIO OBISPO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS

A NUESTROS AMADOS HIJOS, EL CABILDO DE LA IGLESIA CATEDRAL, CLERO Y FIELES DE LA CIUDAD Y DIÓCESIS DE SALAMANCA

*Salud y apostólica bendición*

Oído el parecer de Nuestros Venerables Hermanos los Cardenales de la Santa Iglesia romana y en uso de nuestra suprema Autoridad Apostólica, con esta fecha hemos roto el vínculo que con la Iglesia de Astorga hasta aquí ha tenido el Venerable Hermano Julián de Diego y García Alcolea y le hemos trasladado a vuestra Iglesia Catedral de Salamanca, de patronato del Rey católico de España, por privilegio apostólico vigente y actualmente huérfana de Pastor y le hemos nombrado Obispo y Pastor de ella, para la cual Nos fué presentado con este fin en uso del privilegio indicado por Nuestro querido Hijo en Cristo Alfonso XIII, Rey católico de España. Por tanto a vosotros todos os encarecemos y mandamos que recibáis afectuosamente a dicho Obispo Julián por padre de vuestras almas, le rindáis los debidos ho-

menajes y acatéis sus saludables enseñanzas y mandatos, de tal suerte que él pueda gloriarse de tener en vosotros hijos obedientes y vosotros en él un padre benévolo y amantísimo. Deseamos también y mandamos que por el Ordinario, que actualmente regenta vuestra diócesis, se ordene dar lectura pública de esta Nuestra Bula tanto en el primer cabildo que se celebre después de recibida aquélla, como en la Iglesia Catedral, desde el púlpito, en el inmediato día festivo de precepto.

Dado en Roma, junto a San Pedro, año del Señor 1913, día 18 de Julio, año décimo de nuestro Pontificado.

*CARDENAL AGLIARDI,*  
*Canciller de la Santa Iglesia Romana.*

## Gobierno Eclesiástico (S. P.)

### CIRCULAR

Honrados por el Rmo. Prelado D. Julián de Diego y García Alcolea para tomar posesión, en nombre y con poderes suyos, de este Obispado, acabamos de tomarla quieta, pacífica y tranquila de la Sede Episcopal salmantina el domingo 30 del pasado, terminadas las horas canónicas, con las formalidades de derecho y loables prácticas de esta Santa Iglesia Catedral, y con la asistencia de las autoridades y corporaciones locales, del clero y pueblo fiel.

Por consiguiente, desde esa fecha todos los sacerdotes de la diócesis expresarán el nombre de nuestro amadísimo Prelado y Pastor en el *Canon* de la misa y en la colecta *Et famulos...*, y encargamos a todos los señores Curas Párrocos y Rectores de iglesias den lectura de la precedente Bula de preconización al ofertorio de la misa parroquial, en el próximo domingo, 7 de los corrientes.

Cúmplenos ahora hacer sabedor al pueblo salmantino del día y hora en que S. E. I. hará su entrada solemne en la capital de su diócesis.

Acompañado de la comisión capitular que saldrá a

recibirle en Alba de Tormes, llegará el Rmo. Prelado a la estación de esta ciudad el próximo domingo, 7 de los corrientes, a las diez (hora oficial).

La clave de campanas de la Catedral anunciará con un repique general la llegada del tren que conduce al Rmo. Sr. Obispo, debiendo dar las oportunas disposiciones los señores Párrocos y encargados de parroquias para que, al oír las de la Catedral, toquen las campanas de sus iglesias respectivas.

A las diez del reloj de la Catedral estará en el templo parroquial de San Juan de Sahagún el Cabildo Catedral, a quien se unirá el clero parroquial y el Seminario, con sobrepelliz, el clero regular, las autoridades y corporaciones locales, cofradías y hermandades, para venir procesionalmente a la Catedral acompañando al Excmo. Prelado, revestido ya de ornamentos pontificales.

Los Párrocos limítrofes de la capital que a bien lo tuvieren y puedan armonizar la venida a Salamanca con las necesidades de sus feligresías, sería bueno que vinieran a recibir a S. E. I.

No dudamos de la religiosidad de este pueblo salmantino, que tan repetidas pruebas ha dado de sumisión, amor y respeto a la primera autoridad diocesana, que sabrá dispensar a su Excmo. Prelado un recibimiento digno, cariñoso y entusiasta.

Salamanca, 2 de Diciembre de 1913.

CEFERINO ANDRÉS CALVO,

Gobernador Eclesiástico (S. P.)

#### O T R A

Nuestro Excmo. Sr. Obispo, en virtud de las facultades que le están conferidas por la Santa Sede, otorgará, Dios mediante, la bendición Papal el lunes, 8 del actual, festividad de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen, después de la misa solemne de Pontifical que celebrará S. E. I. en nuestra Basílica Catedral.

Los señores Párrocos excitarán a sus feligreses a recibir la solemne bendición que anunciamos, y les enterarán de las condiciones precisas para ganar la

Indulgencia plenaria que la acompaña, indicándoles finalmente que rueguen por las necesidades de la Iglesia, del Romano Pontífice y nuestra patria.

Salamanca, 2 de Diciembre de 1913.

CEFERINO ANDRÉS CALVO,

Gobernador Eclesiástico (S. P.)

---

## ACTA PII PP. X

### MOTU PROPRIO

DE OFFICIIS DIVINIS NOVO ALIQUA EX PARTE MODO

ORDINANDIS

PIUS PP. X

Abhinc duos annos, cum Constitutionem Apostolicam ederemus *Divino afflatu*, qua id proprie spectavimus, ut, quoad fieri posset, et recitatio Psalterii absolveretur intra hebdomadam, et vetera Dominicarum Officia restituerentur, Nobis quidem alia multa versabantur in animo, partim meditata, partim etiam inchoata consilia quae ad Breviarii Romani, susceptam a Nobis, emendationem pertinerent; sed ea tamen, cum ob multiplices difficultates tunc exequi non liceret, differre in tempus magis commodum compulsi sumus. Etenim ad compositionem Breviarii sic corrigendam ut talis existat, qualem volumus, id est numeris omnibus absoluta, illa opus sunt: Kalendarium Ecclesiae universalis ad pristinam revocare descriptionem et formam, salvis tamen pulcris accesionibus, quas ei mira semper Ecclesiae, Sanctorum matris, fecunditas attulerit; Scripturarum et Patrum Doctorumque idoneos locos, ad genuinam lectionem redactos, adhibere; sobrie Sanctorum vitas ex monumentis retractare; Liturgiae plures tractus, supervacaneis rebus expeditos, aptius disponere. Iam vero haec omnia, doctorum ac prudentum iudicio, labores desiderant cum magnos, tum diuturnos; ob eamque causam longa annorum series intercedat necesse est, antequam hoc qua-

si aedificium liturgicum, quod mystica Christi Sponsa, ad suam declarandam pietatem et fidem, intelligenti studio conformavit, rursus, dignitate splendidum et concinnitate, tamquam deterso squalore vestustatis, appareat.

Interea ex litteris et sermone multorum Venerabilium Fratrum cognovimus ipsis et permultis sacerdotibus esse optatissimum, ut in Breviario una cum Psalterio nova ratione disposito suisque rubricis adsint mutationes omnes, quae ipsum novum Psalterium vel iam secutae sunt vel sequi possunt. Quod cum instanter a Nobis peterent, simul significarunt se vehementer cupere, ut et Psalterium novum usurpetur frequentius, et Officia Dominicarum serventur eo studiosius, et incommodis Officiorum translationibus occurratur, et alia quaedam quae bonum videatur mutari, mutentur. Huiusmodi Nos vota, utpote rerum veritati innixa Nostraeque admodum consentanea voluntati, grate equidem accepimus: iis autem obsecundandi nunc esse tempus arbitramur. Certiores enim facti sumus officinatores librarios qui sacrorum Rituum Congregationi inserviunt, exspectantes dum Breviarium Romanum decretorio modo ac definitivo corrigatur, in eo esse ut novam interim ipsius Breviarii editionem adornent. Hac uti occasione visum Nobis est; propterea, implorato divinae Sapientiae lumine, consultatione habita cum aliquot S. R. E. Cardinalibus, rogataque proprii cuiusdam Consilii sententia, haec Motu Prio statuimus, edicimus:

I. Secundum priscam Ecclesiae consuetudinem, ne facile Officia Dominicarum praetermittantur.—Itaque nullum festum, ne Domini quidem, statuatur posthac Dominicis celebrandum; ex his tamen excipiat, ob peculiarem ipsius naturam, ea quae a die prima ad quintam Ianuarii occurrat: quam recolendo sanctissimo Nomini Iesu, propter coniunctionem quam habet cum mysterio Circumcisionis, assignamus.—Festa vero, quibus usque adhuc dies Dominica attributa erat, omnia, praeter festum sanctissimae Trinitatis, in aliam diem perpetuo transferantur.—Ne forte autem per Quadragesimam aliquod omittatur ex Dominicarum Officiis, quae mire facta sunt ad excitandam in animis christianam paenitentiam, eius temporis secun-

dam, tertiam et quartam Dominicam ad gradum I Classis promovemus.

II. Cum recitationi Psalterii celebratio Octavarum sit impedimento, id ut rarius contingat, in posterum sola duplicia I Classis, quae Octavas integras habent, eas conservent: verum in hisce ipsis Octavis, exceptis privilegiatis, Psalmi de Feria currenti usurpentur. — Octavae autem duplicium II Classis solo Octavo die celebrentur et quidem ritu simplici.

III. Lectionibus de Scriptura ocurrenti semper adhaereant Responsoria de Tempore.

IV. Nulla, ne perpetua quidem, Festorum, quae in Ecclesia universali celebrantur, translatio fiat, nisi duplicium I et II Classis.

Iam, quae hic a Nobis praescripta sunt, ea quemadmodum adduci ad effectum debeant, et quid praeterea novi non modo in Breviarium, sed etiam in Missale, quod cum illo congruat oportet, indidem emanet, sacra Rituum Congregatio peculiaris *Commiossinis* a Nobis institutae consulta sequens, propriis decretis constituet, eademque tum Breviarii tum Missalis novam editionem typicam faciendam curabit.

Has ipsas quidem praescriptiones volumus, statim ut hoc Motu Proprio promulgatae sint, valere. Sed tamen, ratione habita vel Kalendariorum quae iam sunt confecta in annum proximum, vel temporis quod typography requirunt, sinimus eos, qui ad officium persolvendum Romano utuntur Breviario, tum e Clero saeculari tum e regulari utriusque sexus, his praescriptionibus non teneri nisi a Kalendis anni mcmxv. Qui vero aliud legitime usurpant Breviarium a Romano diversum, iis sacra Rituum Congregatio definiet intra quos terminos ad eandem praescriptione accomodare sese debeant.

Cuilibet autem liceat comparare sibi atque ad horas canonicas recitandas etiam nunc adhibere Breviaria quae sunt in usu, dummodo tamen peculiarii in libello habeat, unde Constitutioni *Divino afflatu* ac decretis quae illa subsequuta sunt, obtemperare possit, ac simul quae hoc Motu Proprio Nos statuimus et quidquid eandem in rem sacra Rituum Congregatio decreverit, diligenter observet.

Atque haec omnia constituimus, edicimus, contra-

riis quibusvis, etiam speciali mentione, dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die xxiii mensis Octobris mcmxiii, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

## *Sacra Congregatio Rituum*

### DECRETUM GENERALE

#### SUPER MOTU PROPRIO "ABHINC DUOS ANNOS,,"

Cum Ssmus. Dnus. noster Pius Papa X. mandaverit, ut quae Motu Proprio *Abhinc duos annos*, die 23 praesentis mensis Octobris decrevit, ab hac sacra Rituum Congregatione, iuxta votum specialis Commissionis liturgicae, opportune apteque applicarentur, haec eadem S. R. C., voluntati Sanctitatis Suae, qua par est observantia, obsequens, haec declaranda et statuenda censuit:

#### I

##### DE DOMINICIS ET FESTIS HUCUSQUE DOMINICIS DIEBUS AFFIXIS

1. Dominicae quaevis assignationem perpetuam cuiuslibet Festi excludunt: idcirco Festa tam universalis Ecclesiae quam alicuius loci propria, quae hucusque Dominicis assignata fuerunt, celebrentur die fixa mensis qua in Martyrologio inscribuntur, si haec habeatur; secus prima die qua occurrere potest Dominica in qua hucusque celebrata sunt. Excipiuntur tamen:

a) Festum Ssmae. Trinitatis, quod Dominicae I post Pentecostem assignatum manet.

b) Festum Ssmi. Nominis Iesu, quod ab omnibus celebrabitur in Dominica quae occurrat a die 2 ad 5 ianuarii, et, si ea non occurrerit vel impedita fuerit ab Officio nobiliori, die 2 eiusdem mensis.

c) Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, quae assigna-

bitur Feriae IV ante Dominicam III post Pascha occurrenti, et in ea cum sua integra Octava recoletur, reducto ad ritum Duplicem II classis alio Festo S. Ioseph diei 19 Martii.

*d)* Festum S. Ioachim, fixe celebrandum die 16 augusti, inde in sequentem diem 17 traslato Festo S. Hyacinthi.

*e)* Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod, seorsim ab Anniversario Dedicationis aliarum Ecclesiarum Dioecesis, in tota Dioecesi die ipsa anniversaria celebrabitur, si ea innotescat: secus alia die fixa arbitrio Episcopi, audito tamen Capitulo Cathedrali semel pro semper designanda.

*f)* Anniversarium Dedicationis propriae Eccelsiae, quod pariter, si hucusque sua propria die a singulis Dioecesis Ecclesiis celebratum est, ipsa die celebrari pergat: si vero in tota Dioecesi vel instituto unica die recolitur consuevit Dedicatio omnium Ecclesiarum Dioeceseos, haec, extra Ecclesiam Cathedralē, in Ecclesiis consecratis tantum, non vero in aliis recolitur poterit, die ab Ordinario, ut supra, designanda, quae tamen alia si a die Dedicacioni Ecclesiae Cathedralis recolendae assignata. Quae item observentur de Anniversario Dedicationis omnium Ecclesiarum alicuius Ordinis seu Congregationis, quod hucusque in Dominica celebrari consueverit.

*g)* Festa Sanctorum vel Beatorum, quorum mentio non fit in Martyrologio, quae tamen celebranda sunt, iuxta Rubricas, die eorum natali, si agnoscat, dummodo per Litteras Apostolicas alius dies non fuerit assignatus.

*h)* Festa quae certis Dominicis post Pascha vel post Pentecosten affixa sunt, quae semel ab Ordinario, ut supra, assignanda erunt congruentiori Feriae infra Hebdomadam immediate praecedentem.

2. Ubi solemnitas externa Festorum quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, in ipsa Dominica celebratur, de Solemnitate Festi Duplicis I classis permittuntur Misae omnes, praeter Conventualem et Parochialem, semper de Officio diei dicendas; de Solemnitate vero Festi Duplicis II classis permittitur tantum unica Missa solemnitas vel lecta. Excipiuntur Solemnitas externa Ssmi. Rosarii, quae Dominica



I Octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter Conventualem et Parochialem, de Ssmo. Rosario, ut supra dictum est de Duplicibus I classis.

Omnes Missae de his Solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicantur ut in ipso Festo de quo agitur Solemnitas, addita Oratione de Officio diei et aliis omnibus quae dicendae essent, si festum ipsa Dominica incidisset. Prohibentur tamen in omnibus Dominicis maioribus, et in aliis Dominicis in quibus fiat Officium nobilius ipso Festo cuius Solemnitas externa peragitur; sed in casu, praeterquam in Duplicibus I classis Domini Ecclesiae universalis, in omnibus Missis quae alioquin de Solemnitate externe celebrata permitterentur, addatur eius Oratio sub unica conclusione cum prima. Ubi tamen adest obligatio Missae conventualis, non permittitur in casu alia Missa solemnitas, sed Oratio de Festo externe tantum celebrato addi poterit, uti supra, in ipsa Missa Conventuali.

3. Dominicae II, III et IV Quadragesimae, ad gradum Dominicarum I classis evectae, nulli in posterum cedent Festo, neque etiam Duplici I classis.

Dominica autem quae occurrat die 2, 3 vel 4 Januarii, si in ea celebrandum non sit, iuxta Rubricas, Festum Ssmi. Nominis Iesu aut aliud Festum Domini, et dummodo de ipso Domino nulla fiat Commemoratio neque occurrens, neque concurrens, commemoratur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, per Antiphonas, Versus et Orationes Dominicae infra Octavam Nativitatis, sed de ea non dicitur IX Lectio Homiliae nec legitur Evangelium in fine Missae.

Officium vero Dominicae quae post Epiphaniam, superveniente Septuagesima, vel post Pentecosten, superveniente Dominica XXIV, anticipari debet, celebretur in Sabbato praecedenti ritu Semiduplici, cum omnibus privilegiis Dominicae tam in concursu quam in concursu ad I Vesperas Omnia dicentur de Sabbato, et in I Vesperis, de Feria VI praecedenti, praeter Orationem, Lectiones, Antiphonam ad *Benedictus* et Missam propriam; et post Nonam nil fit amplius de Dominica anticipata.

## II

### DE OCTAVIS

1. Octavae Paschatis, Pentecostes, Epiphaniae, Ssmi. Corporis Christi, Nativitatis Domini et Ascensionis sunt privilegiatae, et de eis, si quando integrum faciendum non sit Officium, semper tamen fit Commemoratio in Laudibus, Missa et Vesperis. Eorum Officium integre recitatur ut in die Festo praeter ea quae suis locis adsignantur.

2. In Officio autem tum de die infra Octavam, tum de die Octava aliorum quorumlibet Duplicium I classis, etiam Domini, Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum dicantur de occurrenti hebdomadae die, et Lectiones I Nocturni, nisi habeantur propriae, vel, Lectionibus de Scriptura deficientibus, sumi debeant de Festo aut de Communi, dicuntur cum suis Responsoriis de Tempore, ut infra dicitur. Dies autem Octava huiusmodi, etiam Domini, tam in occurso, quam in concursu, cedit cuilibet Dominicae.

3. De Octavis vero Duplicium II classis universalis Ecclesiae nihil fit nisi in die Octava, et quidem sub ritu Simplici: ita ut si occurrat in eo aliquod Officium Duplex vel Semiduplex, etiam repositum vel translatum, aut Feria maior vel Vigilia, de die Octava huiusmodi fiat tantum Commemoratio iuxta Rubricas. Festa vero Simplicia occurrentia commemorantur in Officio de die Octava: cui cedit etiam Officium S. Mariae in Sabbato, in casu omittendum

Idem servatur de Octavis Duplicium II classis alicuius Dioecesis vel particularis Ecclesiae, quae pariter, nisi penitus omitti velint, tantum in die Octava, et sub ritu Simplici celebrandae erunt.

4. Octavae Festorum particularium post diem Nativitatis Domini non amplius impediuntur.

5. Lectiones II et III Nocturni singulis diebus per Octavas Festorum Duplicium II classis Ecclesiae universalis hucusque assignatae, inserantur in Octavario Romano: non vero Lectiones I Nocturni, etiam si habeantur propriae.

### III

#### DE RESPONSORIIS DE TEMPORE, DE LECTIONIBUS E SCRIPTURA OCCURRENTI, ET DE ALIIS PARTIBUS OFFICIORUM PROPRIIS

1. In Officiis tam novem quam trium Lectionum, quodcumque sumuntur Lectiones de Scriptura occurrenti, cum eis abhibeantur Responsoria de Tempore: ita tamen ut Lectiones Dominicae cuiuslibet, etiam si reponantur infra hebdomadam et simul cum Lectionibus de Feria dicantur, sumant semper Responsoria de I Nocturno ipsius Dominicae; Lectiones vero de Feria, si transferantur vel anticipentur, dummodo tamen simul cum Lectionibus Dominicae non dicantur, sumant Responsoria de Feria currenti, in Feriis Temporis Paschalis noviter disponenda. Excipiuntur tamen:

a) Lectiones de Scriptura occurrenti infra Octavas privilegiatas Ecclesiae universalis recitandae, quae semper dicuntur cum Responsoriis de Octava.

b) Lectiones de aliquo Initio Scripturae occurrentis, quae necessario ponendae sint, iuxta Rubricas, in Officiis Lectiones proprias vel de Communi assignatas habentibus, quaeque dicuntur cum Responsoriis propriis de huiusmodi Officiis, si habeantur, secus cum Responsoriis de Tempore, numquam vero de Communi.

c) Lectiones de Scriptura in Dominicis post Epiphaniam positae, quae si infra hebdomadam transferantur, dicuntur cum Responsoriis de Feria currenti.

d) Responsoria Feria II infra Hebdomadam I post Epiphaniam et Feriae II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes, quae, si sua die impediuntur, ulterius transferuntur, iuxta proprias Rubricas.

2. Responsoria quae in Festis S. Luciae Virg. et Mart., Ss Joannis et Pauli Mm., et S. Clementis Papae et Mart. in I Nocturno habentur propria, ponantur in II Nocturno, loco Responsoriorum de Communi, et in I Nocturno dicantur Lectiones de Scriptura occurrenti cum Responsoriis de Tempore.

3. Similiter omnia quae in Festo S. Elisabeth Reginae et Viduae, habentur propria, praeter Invitatorium, Hymnos, Lectiones II Nocturni, Versus ad

utrasque Vesperas et Laudes, Antiphonas ad *Magnificat* et ad *Benedictus*, et Orationem, expungantur, et in I Nocturno item dicantur Lectiones de Scriptura occurrenti cum Responsoriiis de Tempore.

4. In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, Psalmi ad Completorium et alias Horas minores, non amplius sumantur de occurrenti hebdomadae die, sed proprii assignentur.

#### IV

##### DE OCCURRENTIA ET TRANSLATIONE FESTORUM, EORUMQUE CONCURRENTIA

1. Festa Duplicia I et II classis, tam Ecclesiae universalis quam alicuius loci propria, impedita etiam perpetuo, quocumque sublato privilegio hucusque certis Festis concessa, transferantur in primam sequentem diem non impeditam a Dominica quavis vel Vigilia Epiphaniae, ab alio Festo Duplici I vel II classis, vel ab Officiis eiusmodi Festa respective excludentibus. Eadem Festa, tam I quam II classis, in II Vesperis non admittunt Commemorationem sequentis diei infra Octavam, neque cuiusvis Officii Simplicis, etiam si postera die integrum de eis celebrandum sit Officium.

2. Festa vero Duplicia maiora vel minora au Semiduplicia, que in universa Ecclesia celebrantur, si accidentaliter vel perpetuo impedita fuerint, non transferuntur, sed de eis fit Commemoratio iuxta Rubricas, et legitur IX Lectio historica. Si tamen Festum impediens fuerit Duplex I classis Domini universalis Ecclesiae, nil fit de Festo ut supra impedito: si vero fuerit aliud Duplex I classis, de Officio impedito fit Commemoratio tantum in Laudibus et in Missis privatis, et non legitur IX Lectio. Idem servatur de Festis propriis alicuius Nationis, Dioecesis, Ordinis vel Instituti, quae pariter, si in aliqua particulari Ecclesia suo die fuerint impedita, commemorantur vel omittuntur, ut supra. Festa autem propria alicuius Nationis, Dioecesis, Ordinis, Instituti vel particularis Ecclesiae, quae in tota Natione, Dioecesi, Ordine, Instituto vel in sua particulari Ecclesia impediuntur, si impedimentum sit ac-

cidentale, pariter commemorentur vel omittantur ut supra: si impedimentum sit perpetuum, reponantur in proximiorum diem, ab Officio Duplici, a Festo Semiduplici, a Vigiliis privilegiatis et ab Octavis II ordinis non impeditam.

De huiusmodi vero Festis Duplicibus maioribus seu minoribus vel Semiduplicibus, quae perpetuo vel etiam accidentaliter impediuntur, dici poterunt Missae privatae ad libitum sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit Duplex I vel II classis, Dominica quaevis, Octava I et II ordinis, dies Octava III ordinis, Feria aut Vigilia privilegiata. Haec Missa dicitur ritu festivo, cum 2.<sup>a</sup> Oratione de Officio diei et aliis de Commemorationibus forte occurrentibus.

3. Festa quae hucusque iam in Ecclesia universali, quam in particularibus locis sub ritu Semiduplici ad libitum sunt celebrata, reducantur ad ritum Simplicem, de isque fiat Commemoratio quoties impediuntur, ut fit de aliis Simplicibus iuxta Rubricas. Festum tamen S. Canuti cedit Festo Ss. Marii, etc. Mm., ideoque in eius Officio commemoratur.

4. Si Patronus loci secundarius, vel alius Sanctus proprius, descriptus sit in Calendario cum aliis Sanctis, ab eis non separetur, sed de omnibus simul celebretur Festum sub ritu Duplici maiori vel minori, aut Semiduplici, iuxta Rubricas, nisi sub altiori ritu in Calendario sit descriptum.

5. Quando Festum aliquod Duplex maius aut minus, vel Semiduplex occurrat in die Octava Duplici maiori non privilegiata eiusdem Personae, Officium fiat de Festo, sub ritu diei Octavae convenienti, omisa vel addita Commemoratione eiusdem Octavae, iuxta Rubricas.

## V

### DE REFORMATIONE KALENDARIORUM PARTICULARIUM

1. Ut vero omnia quae hoc decreto praescribuntur rite executioni mandentur, singuli Ordinarii, etiam Ordinum Regularium, et Moderatores generales Institutuum cuiusvis generis quae Calendario proprio utuntur, supplicem libellum, iuxta Instructionem huius S. R. C. die 12 decembris 1912, in *Actis Apostolicae*

*Sedis* diei 1 martii praesentis anni editam, ad eamdem S. C. infra proximum mensem martium anni 1914 transmittant. Qui tamen post editam Constitutionem *Divino afflatu*, proprii Kalendarii iam obtinuerint reformationem, ex officio novam ab eadem S. Congregatione sine ullis expensis recipient

2. In hac Kalendariorum reformatione, praeter ea quae superius disposita sunt de Festis quae hucusque Dominicis affixa erant, sequentes serventur normae:

a) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etiam ubi hucusque die fixa celebrari consuevit una cum Dedicatione aliarum Ecclesiarum, seorsim celebretur, iuxta superius decreta de eisdem Anniversariis hucusque diei Dominicae affixis.

b) Festa propria, nisi aliter per Apostolicas Litteras dispositum fuerit, celebranda erunt ipsa die natali, si agnoscatur; secus, ponantur in aliqua die quae libera sit in Kalendario.

c) Duo vel tres Sancti qui sub eodem Communi comprehendantur, sicubi occurrant eadem die et sub eodem ritu sint celebrandi, unico Festo recolantur, adhibitis iis singulorum Communium partibus, quae pro pluribus Sanctis qualitatis ejusdem assignantur, et contractis Lectionibus historicis III Nocturni, quae tamen huic S. R. C. adprobandae submittentur. Eadem norma servetur pro Festis ejusdem Communis, quae ab anterioribus diebus sint reponenda.

d) Festa S. Bartholomaei Ap. et S. Ludovici Regis Conf., in omnibus et singulis Kalendaris, Romano non excluso, fixe diebus 24 et 25 augusti respective assignentur, non obstante quacumque consuetudine aut privilegio. Ubi vero solemnitas externa die 25 et 26 respective celebretur, his diebus permittitur unica Missa cantata vel lecta de ea Solemnitate, ut supra statutum est pro Festis diei Dominicae hucusque affixis.

e) Privilegium quibus nonnullae Dioeceses vel Instituta gaudent, sese scilicet conformandi Kalendario Cleri Romani, aut alicuius Ordinis seu Congregationis, et alia huiusmodi, penitus aboletur.

Quae omnia, per infrascriptum huius S. Rituum Congregationis Secretarium, sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X in audientia diei 26 praesentis mensis

octobris relata, Sanctitas Sua dignatus est approbare, et ab omnibus servari mandavit. Consulens autem eadem Sanctitas Sua pauperum praesertim clericorum indemnitati, Apostolica benignitate permittit, ut hi, pro prudenti arbitrio Episcopi, Breviaria quibus in praesenti utuntur, sine novi libelli additione, adhibere adhuc valeant, dummodo, iuxta Rubricarum praescriptum, novum ordinem Psalterialem omnino servent. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 octobris 1913.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

✠ Petrus La Fontaine, Ep. Charyst., *Secretarius*.

---

## AUTORIZACIÓN PONTIFICIA PARA CONTRAER NUEVO MATRIMONIO POR PRESUNCIÓN DE MUERTE DEL CÓNYUGE

---

En la competente revista del Cardenal Gennari, *Il Monitore Ecclesiastico*, acabamos de leer que Su Santidad Pío X ha concedido, por conducto de la S. C. de Sacramentos, el tránsito a nuevas nupcias de una mujer que ha perdido a su marido y sin que de él haya noticia alguna.

El resumen del proceso abierto en la Curia diocesana de Livorno es el siguiente:

“Juan Bautista Giovannini, nacido en la parroquia de Consagna, diócesis de Luca (Italia), contrajo matrimonio en dicha parroquia con Celestina Orientali, natural de Luca, pero habitante en Livorno; esto sucedió el año 1878.

Sin haber pasado aún catorce meses, el esposo, dejando a la mujer, marchó a Francia para dedicarse al trabajo, y primeramente habitó en Tolón y después en Marsella, y finalmente, para obtener mayor lucro, embarcó hacia el Africa.

Estando en Francia enviaba a su mujer cartas y dinero; pero después que marchó al Africa a nadie

comunicó sus noticias, ni a su mujer ni a su propia madre.

Practicáronse, entre tanto, averiguaciones en las reales prefecturas de Luca y de Livorno y en el municipio denominado Borgo a Monzano, del que depende Consagna, así como también entre los conocidos y parientes; pero completamente en vano.

Se ha de advertir que el esposo contrajo matrimonio voluntario pasados siete meses desde los esponsales, que amaba a su mujer, a quien, como arriba se ha indicado, remitía dinero y cartas, y que antes de su salida para el Africa prometióle enviar cartas desde allí.

Además, téngase presente que, en aquella ocasión, este hombre tenía dos tías, hermanas de su padre, de las que le constaba había de heredar una casa y algunos campos, y ni siquiera a éstas dió fe de vida.

La mencionada Celestina Orientali, de cincuenta y un años de edad, insta actualmente para que se la reconozca estado de libertad del vínculo matrimonial que la liga con Juan Bautista Giovannini, a fin de contraer matrimonio con Napoleón Cecconi, con quien, desde el año 1889, vive en concubinato, *prole etiam suscepta*.

De ahí que a la S. C. de Sacramentos se haya propuesto esta duda

*¿Puede permitirse a la oratriz el tránsito a nuevas nupcias?*

Y en el día 15 de Diciembre de 1911, los eminentísimos Padres, reunidos en sesión plenaria y discutido maduramente el asunto, respondieron: *Afirmativamente*.

Nuestro Smo. Padre Pio X aprobó y confirmó la resolución de los Emmos. Cardenales.

Y añade la revista citada:

“—Verdad es que desde la marcha del marido al Africa no hubo jamás noticia suya, pero considérese:

a) Que el esposo amaba a su mujer, así como también a su propia madre.

b) Que escribía a su familia cartas afectuosas mientras vivía en Tolón y Marsella, y mandaba también dinero.

c) Que prometió en la última carta escribir desde



el Africa inmediatamente después de su llegada; pero no escribió jamás en adelante.

d) Que han transcurrido treinta y un años sin haber tenido noticia de él.

e) Que se hicieron toda clase de averiguaciones por las autoridades civiles, mas sin resultado alguno.

f) Que la opinión pública lo creía ya muerto.

Todos estos pequeños alegatos, unidos entre sí y probados con testimonios jurados, engendran certidumbre moral de la muerte de Juan Bautista Giovannini. (*Sr. fascicol. di ottobre. pág. 346*).<sup>n</sup>

---

## ORATORIOS PRIVADOS

---

No faltan sacerdotes que opinan, sobre oratorios particulares, que por lo que toca a la instalación del altar puede escogerse un local cualquiera de la casa, por ejemplo el comedor, y colocar en él un armario, que cerrado afectara exteriormente la forma de un guardarropas convertido en altar, creyendo que para cumplir con la condición de estar separado de un local destinado a usos profanos son suficientes las hojas o batientes que habitualmente lo cierran, haciendo así invisible el altar cuando en él no se celebra. *¿Puede lícitamente, suponiendo todo lo demás en regla, celebrarse en tales oratorios?*

